IULIANUS POMERIUS. ALBUINUS CLARAEVALLENSIS
12. bis 13. Jh. Seite 30r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Possunt etiam spc mortuorum aliqua que hic aguntur
que necessaria sunt eos nosse. eo quod necessarium est eis
nosse. non solum presentia uel preteria uerum etiam futu
ra spiritu dei reualante cognoscere. Sic non omnes homi
nes sed prophete dum hic uiuerent cognoscebant. Ideo om
nia ipsi sed que illis esse reuelanda dei prouidentia indi
cabant. xxvii. Utrum possint mortui uiuentium
oculis uisibiliter aparere.

Ex hoc predictus doctor sic ait.
Mitto ad uos aliquos ex mortuis.
Sic e contrario paulum ex uiuis in pa
radysum raptum esse diuina scriptura testatur.
Nam samuel propheta defunctus uiuo regi sauli eti
am futura predixit. quamuis non nulli non ip
sum fuisse qui potuisset magicis artibus euocari.
sed aliquem spiritum tam malis operibus congruentem illius ex
istiment similitudinem figurasse. cum liber ecclesiasticus
quem ihesus filius syrach scripsisse traditur. et propter elo
quii nullam similitudinem sin salomonis pronunciatur.
contineat in laude patrum quod samuel mortuus proph
etauerit. Sed et huic libro ex hebreorum. quia in eo non
est canone contradicitur. Quid de moyse dicturi
sumus. qui certe et in deuteronomio mortuus est.